

## Sancti Bernardi Capitulum 4<sup>m</sup>

**C**lericus ex culpa confessus anormala facta  
**I**gnem succendens. ad dandum damna perurens  
**D**ebent pontifici communi iure remitti  
**U**t dictos soluat. ad maiorem ve remittat

**¶** Hec est undecima pars huius capituli. in qua autor tractat de casibus remittendis ad superiorem dicens: quod ille remittendus est ad superiorem qui tale crimen commisit quod ei imponenda esset solennis poenitentia propter gravitatem sceleris totumque ordinem commouentis. ut in c. accedentibus excessibus platorum. et xvi. q. vi. c. i. et de pe. et re. c. psilium. Item cum vult clericus siue laicus excoicari a iure vel episcopo si bi refuare absolutioem. Item clericus qui celebrat excoicatus. et quicumque graue seu enorme commisit peccatum. componit ignem ad succendendum loca aliquid inferendo damna et tales remittuntur adhuc ad superiorem secundum casus circumstantiam casus autem episcopales committere enumerari sunt sedecim in his versibus sequenti. Qui facit incestum deflorans aut homicida. Transgressor voti. piurus. fornicator. gulfus. Sacrilegus. patrum percussor. et sodomita. Et merita fides. faciens incendia. plis Oppressor. blasphemus. hereticus. omnis adulter. Percussor clericum. hi psilium addeunt. Quod strue (hi quibus solennis poenitentia. i. penitentia (est percipienda). i. iniungenda (pro magno crimine publicato toti ville.) id est toti civitati. Et qui liber artatus). i. excoicatus (anathemate). i. maiori excoicatione (Et) sacerdotes (qui sunt ausi celebrare missas ligati) id est excoicati. Et (clericus confessus anormala facta) id est quia peccata (ex culpa) sua. Et (aliquis succedens). i. accedens (ignem. perures) id est turbarens (ad dandum damna) omnes isti (dantur remitti pontifici). i. ad episcopum. (iure communi. vel) ipse (soluat). i. abluat (dictos). i. super dictos (ve) pro vel ipse (remittat) eos (ad maiorem) id est superiorem

### Quando confessio est iteranda

**S**i sit ignorans confessor. vel sine posse  
**S**ive fatens tacuit aliquod mortale scienter  
**A**ut anathema celans. sic solui iure nequibus  
**O**blitus pene non facte iam sibi iusse  
**E**t dudum facta confessio sit iteranda

**¶** Hec est. xij. pars huius capituli. in qua docet autor quomodo confessio est iteranda. dicens quod quomodo confessor est ignorans et nescit discernere casus reseruos et non reseruos. Sicut quomodo non habet potestatem absoluendi et quomodo confitens non debet omnia peccata. sed aliquod peccatum scienter retinere. scilicet quomodo est excoicatus. et non reuelat excoicationem confessori. tunc non absoluitur ab eo. Sicut si confitens aliquod peccatum mortale scienter subtruxerit. aut poenitentiam sibi iniunctam non impleuerit. Sicut etiam alij casus qui ponuntur in manipulo curatorum. vide super Quod strue (Si confessor sit ignorans). i. imperitus (vel sine posse). i. non habens auctoritatem. (Sive) pro vel (fatens). i. confitens (tacuit scienter aliquod mortale) peccatum (Aut) sacerdos confitens. (celans anathema). i. maiorem excoicationem. sacerdos talis (nequibus). i. non poterit (sic solui). i. absolui (iure). i. de iure. Et confitens (oblitus pene) id est poenitentiam (non facte iam) et (sibi iusse) id est iniuncte (Et confessio dudum facta sit iteranda) scilicet in istis casibus.

o u